Fragmentarium

 Inc. I 6, Bd 1, varia

[illegible] accipiatur; Quare nemo loquitur
linguis omnium gentium loquitur plane.
Hic ergo quia omnis lingua mea est. et eius
corporis cuius membrum sum. quod utique cor
pus cuius caput christus est. diffusum per gentes
loquitur omnibus linguis; Quare autem dominus
spiritum eius maximum beneficium suum in
[illegible] nobis. quia caritas per spiritum diffusa est
in nobis; Post resurrectionem dare
voluit. ut scilicet in resurrectione
[illegible] caritas fraglet. ab amore seculi se
paratur tota. currat ad dominum. et ibi
nobis [illegible] bene uiuendo paremus un
de nunquam migremus. Nam ipse dominus
noster postquam resurrexit. mors ei ul
tra non dominabitur. ut paulus ait;
Qui credit in me eo quod ait; Flumina de
uentre eius fluent aquae uiuae; Non
quod aliquando finiatur. sed uitam nobis
[illegible] aeternam; Responderunt ministri;
Numquam sic locutus est homo. sicut hic homo;
Isti eum [illegible] acriminie. pleni ad
miratione responderunt; numquam se
audisse hominem sic locutum; Ille enim
et deus erat et homo; Et uos seducti estis;
Quam delectatos uiderunt sermonibus illius;
Sed turba haec quae non nouit legem.
Qui non nouerant legem. ipsi credebant
in eum qui miserat legem; At eum condemp
nabant illi. qui docebant legem ut ipse
praedixerat; Ego ueni. ut non uidentes
uideant et uidentes ceci fiant. Dicit
nichodemus ad eos. ille qui uenit ad ihesum
nocte. Ideo nocte uenerat ad lucem.
quia illuminari uolebat. et sciri time
bat; Numquid lex nostra iudicat hominem.
nisi audierit prius ab ipso et cognouerit
quid faciat; Credebat nichodemus.
quasi eum uellent patienter audire. forte
crederent; Numquid et tu galileus es;
Id est quasi a galileo seductus; Ergo ad
nichodemum. quasi ad legis doctorem
dixerunt; Scrutare scripturas. et uide
quia propheta a galilea non surgit; Sed
dominus prophetarum. inde surrexit;

FERIA SEXTA
LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM

In illo tempore. Collegerunt pontifices
et pharisaei concilium aduersum ihesum.
et dicebant; Quid facimus quia hic
homo multa signa facit. Et reliqua. Omelia Augustini

Nec tamen dicebant
credamus. plus enim perditi homines co
gitabant quomodo nocerent ut per
derent. quam quomodo sibi consulerent
ne perirent. et tamen timebant. et qua
si consulebant; Dicebant enim; Quid
facimus quia hic homo multa signa facit.
si dimittimus eum sic. omnes credent in eum;
Ne forte ueniant romani. et tollant
nostrum locum et gentem; Temporalia perdere
noluerunt. et uitam aeternam non cogitauerunt.
ac sic utrumque amiserunt; Nam et roma
ni post domini passionem et glorificationem.
tulerunt eis locum et gentem. et pugnando
et transferendo; et illud eos sequitur.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 756.60, 1r – Collection of homilies
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-q7xe/5101/48670)